



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 20. Religionis Catholicæ status in Posnania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

sule in præcipuis Ottomanici Imperii Sæc. XVIII.  
ad p  
m u  
gire  
se e  
tation  
ei ca  
pull  
quo  
re: o  
& a  
ucell  
acte  
Ast R  
ne  
exire  
Ordin  
t sed  
tores  
n tra  
egia  
man  
orat  
imma  
merci  
peran  
li que  
ed eti  
nni  
n Tim  
rcis  
ercil  
ut Ce  
sule in præcipuis Ottomanici Imperii Sæc. XVIII.  
ad p  
m u  
gire  
se e  
tation  
ei ca  
pull  
quo  
re: o  
& a  
ucell  
acte  
Ast R  
ne  
exire  
Ordin  
t sed  
tores  
n tra  
egia  
man  
orat  
imma  
merci  
peran  
li que  
ed eti  
nni  
n Tim  
rcis  
ercil  
ut Ce  
emporiis constituto, utriusque Siciliæ A. C. 1740.  
subditi libero suæ Religionis exercitio  
fruerentur. His quoque utrinque fir-  
matis paulopost Turcici Imperatoris Le-  
gatus cum splendido comitatu Neapo-  
lim pervenit, a Rege singularibus hono-  
rum ac benevolentiae signis exceptus.

### §. XX.

#### *Religionis Catholicae status in Pos- nania.*

Interea Theodorus Comes de Czarto-  
ryski Posnaniensis Episcopus de im-  
moto suo Religionis Catholicæ studio a-  
deo nihil remisit, ut succilis sectario-  
rum viribus veræ fidei incrementa pro-  
curaret. Opportunam ei occasionem  
suppeditabat Franciscus Lodzi Ponins-  
kius Posnaniensis Dapifer & Kopani-  
ensis Capitaneus, qui memor, Luthe-  
ranos, postquam centum abhinc annis  
Sueci totum oppidum in cineres rede-  
gerant, tunc potentia prævalentes suæ  
fectæ fanum pro arbitrio ædificasse, &  
quidem in eodem loco ac fundo, ubi  
ante incendium Ecclesia Catholicorum  
fuerat ercta, illam pristino suo Domi-  
no & Catholicorum usui restitui cura-  
vit. Æquissimo huic conatu suffrage-  
batur strenue Episcopus & Regia Pos-  
na.

Sæc. XVIII. naniensis Curia, totis tamen viribus  
A. C. 1740 obſtiterat Lutheranus præfati Temp  
Patronus nomine Kalkreiter, qui illi  
intentatum inausumque reliquit, ut  
in iniqua illius usurpatione tueretur  
prævaluit tamen cauſæ æquitas; que  
propter anno priori Curiæ judicio deci  
sum, ut intra præscriptum tempus  
juxta præſtitos sumptus novam pro Ch  
tholicis Ecclesiam ære suo funditus en  
geret, ac deinceps pro ejus conserva  
tione & Ecclesiæ apparatu quotannis  
trecentos Polonicos florenos suppedita  
ret, secus bonorum participatione pia  
vandus: quod vero attinet fani Luthe  
rani demolitionem ab Actore prætentor  
pænasque, si hoc fanum rursus extro  
retur, incursuras, Curia ſic pronun  
vit: Quoniam tam ex documentis,  
ex inquisitionibus deductum eſt, hocce  
num ante Constitutiones, quibus fana  
existentibus pro tunc & in poſt declarati  
ſunt, in bonis Przytoczna exſtitiff, pro  
inde non posse Magnificum Poniski Di  
piferum Posnaniensem eandem demoliti  
nem prætendere, Judicium arbitratu  
m in fanum ad mentem Constitutionum Re  
gni uti toleratum, ita & in futurum to  
lerandum eſſe vult & declarat, ne iam  
id quispiam restaurare præſumat, iudicium  
injungit, ſub pænis per Regiæ Conſtitu  
tiones interpoſitis decreti præſentis vigori.

Hoc ipso tamen anno Lutherani no- Sæc. XVIII.  
vam concitarunt litem. Illius occasio A. C. 1740.  
erat hæc: postquam enim nupero Pos-  
naniensis Curiae decreto Lutherani no-  
vam Catholicis Ecclesiam erigere jussi  
erant, Regii Deputati locum ad hanc  
fabricam idoneum selegerunt, solis ta-  
men Lutheranis pro more suo minus  
acceptum; caussabantur enim, in eo  
loco multa suorum corpora fuisse sepul-  
ta, ea ergo exhumari necesse fore: hoc  
suo prætextu tam importunos confla-  
runt motus, ut tandem Curia aliam,  
ut vocant, *Commissionem* eo decerneret,  
ac statueret, novam Catholicorum Ec-  
clesiam omnino in præfato Pago esse  
exstruendam, in alio tamen loco; Lu-  
theranorum vero cæmeterium deinceps  
penitus devastatum relinquatur, nec ex  
Lutheranis incolis ullum cadaver ibi se-  
peliatur. Vix decisa hac lite rursus no-  
va Lutheranorum querela auditur, &  
quidem contra eundem Franciscum Po-  
ninskium Kopanicensem Capitaneum,  
quem potius ob intempestivum favorem  
eis jam dudum exhibitum speciali gra-  
titudinis sensu colere debuissent. Hic  
enim ad eorum preces jam anno hujus  
sæculi vigesimo secundo ad privatum  
sæctæ suæ cultum Ecclesiam in Supe-  
rioris Prætorii sui parte erigendi facul-  
tatem dederat, concessò hoc diplomate:  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.* Q In-

Sæc. XVIII. Infra scriptus omnibus, quorum inter  
A. C. 1740. præmissa mea veneratione, notum testatio  
que facio, supplicasse mihi Oppidanos Kopanicenses a fide Catholica dissidentes, quod  
tenus iisdem Prætorium, sive Curiam eis  
bus oppidi mei necnon devotioni fidei catholice subserviens, proprio sumptu en  
gi de nova radice permitterem. Quia  
consulendæ commoditati Oppidanorum Kopanensem prædictum Prætorium seu Curiam ea, qua fungor potestate ita ergo  
permisi, presentibusque permitto, ut in  
feriori hujus Prætorii parte Oppidanos Kopanicenses de rebus ordinem domi  
cum, civitatemque concernentibus ageret,  
superiori vero parte fidem Acatholicon  
profidentes devotioni suæ PRIVATE  
gitus Regni Constitutionibus con  
vacare possent. In cuius fidem cum  
positione Sigilli manu propria me sub  
bo. Datum Kopanicæ An. 1722.  
Januarii.

FRANCISCUS PONINSKI

Attamen Lutherani hac gratia ad  
utentes privatum suæ sectæ exercitium  
nonnisi precario permisum ad publicum cultum extenderunt, quapropter  
Kowelschius Præpositus eis severè ini  
buit, ne deinceps in Prætorio exil  
matæ suæ Religionis actus exercentur  
unde factum est, ut Lutherani rursum

ad dirutum suum Braxatorium reverti Sæc. XVIII.  
cogerentur, auctis vero indies Catho-  
licorum querelis contra sectarios de-  
mum anno priori per Regii Tribunalis  
decretum omnino statutum fuit, ne de-  
inceps ullo in loco Lutherani Religio-  
nis suæ cultum peragerent; moxque  
clauso eorum fano Christianus Fiebig  
ex Prædicantibus ibidem officio functis  
septimus in exilium demandatus est.  
Illustrissimus quoque Princeps ac Regni  
Primas Sezembek Gnesnensis Archie-  
piscopus totus in eo erat, ut sectariis  
omnia loca ad Religionis suæ exercitium  
destinata in sua Diæcesi adimeret, &  
Camencensis Episcopus per suum Offi-  
ciale, qui a Lutheri secta ad fidem  
Catholicam reversus erat, Ecclesias &  
scholas Pempersini & Nichorii adhuc  
extantes claudi jussit, utroque Prædi-  
cante Davide Rosenau, & Ægidio Fal-  
cke officio motis: idem fatum subiere  
Lobesenciana in Kalischensi Palatinatu,  
& Grunoviensis Ecclesia, ad quam indi-  
cta ducentorum Ducatorum multa ac-  
cedere Lutheranis vetitum hocque anno  
die nona Octobris utrumque fanum oc-  
clusum fuit.

§. XXI.

*Variæ turbæ in Lutheranorum  
Ecclesiis.*

Q 2

Quan-

A. C. 1749.